ad J. M. Gesnerum.

168

VIR ILLVSTRIS

Praeceptor optime,

Nondum videram partem ephemeridum literariarum Goettingensium, quae TVAM de epistola mea sententiam continet, cum illa mihi cum literis TVIS tradenetur: qua lecta dici non potest quantopere gaudeo sim non tam laude mea, quanquam et hac nempe a laudatissimo Viro profecta, quam TVA VIR ILLVSTRIS, benevolentia et singulari amore, quem licet olim plurimis documentis cognitum habeam, tamen animus quomis novo illius experimento, tanquam nova re, iucundissime gratissimeq; afficitur. Quo fretus testimonio quas iras tumidi hominis, quas contumelias ineptissimae turbae eius non facile contemnam!

Caeterum DEVM precor, vt debilitatus nupero morbo vigor corporis TVI, denuo confirmetur eadem virtute divina, qua mentis TVAE vires integras nec vlla parte fractas, laeti intelligimus. DEVS TE servet literis TVIS quae quam diutissime

ILLVSTRIS AMABILISque

Nominis TVI

Luneburgi
a. d. XX Iunii CIↃDCCLXI.

addictus deditusque

Io. Mich. Heinzig
Rector der Mitapolit. Schule in Lüneburg. Gottfried Gesner.